



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Concionator

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

adiuat creditores anteriores, nisi habeant hypothecam realem. Ita Lubinus Vx. pecunia num. 17. part. 3. tractat. 6. resolut. 10. & in addit. resol. 8. & par. 7. tract. 10. res. 18. Et in hoc casu non ligatur creditor censura lata contra non restituientes: quia haec fertur contra eos, qui non possunt retinere sioe peccato. Ita Raynaudus de monit. par. 1. c. 2. quest. 5. par. 5. tract. 13. resol. 7. 9. Adverte posse aliquem compensatione uti exire, quam debitor mitti dono ad alium. Et licet Vasquez opus de restitut. c. 5. §. 1. dub. 8. num. 47. negat licere, si debitor mittat illam non dono, sed in solutionem debiti, refelliatur tamen à Lugo de inst. comi. disput. 16. sect. 6. num. 112. part. 7. tract. 10. res. 17. §. Not. 1. Adverte etiam, quod qui non habet spem recuperandi rem suam tempore praefixo, potest compensationem anticipare, quamvis supra dictum sit, debitum debere esse actu non potentia. Ita Tannerus in 2. 2. disp. 4. q. 6. dub. 14. n. 406 p. 2. tr. 10. res. 4. 6. in fine. & p. 7. tr. 10. res. 13. §. Not. 3. Sed de hoc V. p. 9. tr. 8. res. 4. 4.

*Anposse
uti compē-
fatione lo-
gatarius;
testamente
minus so-
lemniss.
Et diffi-
cilius:*

3 Legatarius testame. vi minus solemnis, si hæres non vult legatum solvere, potest occulte sibi compensare, quia probabile est hæredem ab intestato teneri in conscientia soluere legata in testamento minus solemnii relicta, ut dicemus, V. legatum, num. 10. Et similiter, quia probabilior est Sotis sententia lib. 4. qu. 5. art. 3. ad 4. quod qui non potest famam restituere, teneatur pecunia compensare, potest infamatus sibi satisfacere de pecunia infamantis occulte, si is aut nolit, aut nequeat compensare. p. 8. tr. 5. resol. 30. §. Notandum est tamen. Ita hoc doctrina supponit in compensatio, ne oon requiri, ut debitum sit certum,

*Donis, &
obsequiis
prestari
potest com-
penſatio.*

4 In debitis ex iustitia, dari potest compensatio cum donis, vel obsequiis gratuitis, quando illis volo satisfacere, Idque procedit tam in debitis, quæ sciam, quam in illis, quæ ignorabam. Ex Trullenchi in Decal. 10. 2. l. 7. cap. 4. dub. 6. n. 10. par. 7. tr. 10. res. 19.

*Quando
non sū li-
cita.*

5 Licitum non est uti compensatio, cum aliquis promisit debitum sol-

Cere sub iuramento par. 7. tr. 10. resol. 17. § Negandum. Nec si aliquis tibi debeat ex sola charitate, vel titulo gratitudinis, licet Navarr. de resit. lib. 3. tract. 1. num. 376. & 393. contrarium asterat ibid. res. 19. §. Notandum

6 Numquam verò lictum erit red. Quid scribere maledictum pro maledicto. par. 3. men alius t. 5. resol. 10. Notandum est secundò propè obiciatur finem. Nisi, quod falsum aut verum, sed an posse. occultum crimen obiciendi responde. Mentitur, si potest, Mentiris, & si hoc non sufficit, ut adstantes credant, illum esse mentitum, obici possunt alia vera crimina. Ita Mendoza in 2. 2. disp. 70. scđ. 14. n. 117. par. 5. t. 13. resolut. 26.

7 Iudicans probabiliter rem esse Quid de sua, etiam si probabiliter teneatur ab dicatore pro alio non certo possidenti, potest de illa babilitate occultam compensationem facere, si rem esse ius suum non potest defendere coram sua, et si iudice. Ita Stephanus Spinola, & P. Fr. teneatur cise de Lugo. Sed contraria sententia ab aliis teneo, cum Sanchez, Palao, & aliis. p. 9. tr. 9. res. 44.

COMPENSARE.

8 **I**urans soluere dummodo non iurans tamen intendat contrarium iurare dum iuriatur committat, potest compensare sine mensa per pensare. intii. Eman. Sauer, p. 10. tr. 10. res. 60. vide n. 2.

9 Non potest compensari eleemosyn. Promissa promisisti, v. g. si quis ordinavit sacerdoti 100. missas dicendas, & ut eleemosynam exigeret fecit aliquos sumptus non debet facere compensationem. Sacerdos minuendo missas. Dian. & alii p. 10. tr. 10. res. 65.

CONCIONATOR.

Concionatores non omnes excusantur à ieunio, sed tantum illi, à ieunio, qui concionantur per integrum Quadragesimam etiam ex mercede, vel sunt sumptibus valde debiles. Vide V. ieunium, num. 15. alend. 2. Concionatoribus eleemosyna quo sint?

Cc 2 sum.

Concionatores sumptibus danda sit, vide Ver, *Elegato Regius mosyna*, n. 34.
larium pos 3. Concionatores Regulatum pos-
sunt coce- suor certis diebus certas Indulgentias
dere certas suis auditoribus concedere, quas vide,
Indulgenc- *V. Regul. Indulgentia.*

4. Concionatores non veniant in
Et non us- Bullis Pontificum nomine, privationis
nunt in officiorum, graduum, dignitatum, &c.
Bull. Pon- Ita Bonacina de claus. punc. 4. n. 6. con-
zif. nomine tra Lezanam cap. 20. num. 32. p. 4. t. 4. ref.
officiorum, 224.

graduum.

C O N F E S S A R I V S .

Quoad ordinem.

In Confes- 1. **Circa** confessarii sollicitantis
fario qua- denunciationem, vide V. De-
tuor. desi- nunciare Confessarium. Circa penas eiuf-
derantur. dem, vide V. Inquisitorum, num. 108.
Confessarius ad validè absolvendum
quatuor conditionis habere debet. Po-
testatem Ordinis Sacerdotalis, potesta-
tem iurisdictionis, proprietatem & sci-
entiam.

In primis. 2 In primis ergo confessarius debet
Ordo sacer- esse Sacerdos. Unde confessio facta lai-
dotalis. co, vel Clerico, etiam Diacono, nulla
est ex defectu Ordinis. **¶ Sed quid di-**
cendum de confessione illa, quam qui-
dam naufragio tempestibus, & magnis
periculis faciunt, alii aliis peccata sua
manifestantes? Respondeo hunc abusum
omnino evellendum esse, quia illa con-
fessio neque est valida, neque aliquid
prodest; tales vero consulendos esse, ut
similibus periculis, deficiente sacerdo-

Vide. Con- te, curent de salute per veram contri-
fessio. quā tio. Ita Bagundez p. 2 lib. 7. cap. 31.
faciūt nau- num. 8. Verum tamē est, quod Gamach.
ra inter se 10. 3. de Panis. cap. 16. talem Confessionem
opus immi- admittit ad maiorem humilitatem, &
nente nau- contritionem ad placandam iram Dei,
fragio, re- & redimendam aliquam partem penae
probari do- peccatis debitae. Additque in aliquo
bet. casu Confessionem non solum posse,
sed etiam debere fieri laico, ut si quis in
articulo mortis constitutus nullum ha-
bere posset Sacerdotem, & alioqui con-
filio ad salutem indigeat; vel si questio
sit de rebus ad lites, ad restitucionem,

de admonenda tercia persona, ut resi-
piscat, sibi caveat, veniam concedat, &
similibus. Sed ego hanc Confessio-
nem reprobo cum Marchino de peste, p.
3 cap. 11. num. 7. par. 5. tract. 3. ref. 73. An
positus laicus absolvere moribundum a
censuris, vide V. Absolvere, n. 57.

3 Quod si Ordo sacerdotalis sit im- **Ordo autē**
peditus ab exercitio ob suspensōem, non impe
illícite absoluere Sacerdos, sed validè, discurab
Ita Victoria sum, de clarib. n. 227. & alii exercitio
contra sot. in 4. dist. 2. q. 1. art. 5. concil. Valido per
2. & patet in Extraug. ad evitanda, p. 5. suspenso-
tr. 10. ref. 51. Idem dic de irregularitate nem.

Quam Corocio in 3 p. 11. 5 disp. 5 dub. 3 q. 3. vel inter-
contra Hurrad. disp. 1. de irregular diff. 1. n. dicti per
19. quia irregularitas non irritat actus squali-
ordinis, & iurisdictionis. Et irregularis
validè consecrat leges fert, &c. Et hanc
sententia docet Praepositus in 3 p. quest.
5. dub. 3. num. 12. etiam si irregularis sit de-
nunciatus, & publicus, par. 4. tractat. 2.
resolut. 68. Quod etiam procedit de in-
terdicto, ut dicimus Ver. Interdicti, num.
12. Non tamen de excommunicatione
maiori. Vide V. Excommunicationis, num.
16. Advertendum autem est cū Tur-
riano de conf. lib. 8. disp. 58. dub. 2. Con-
fessionem cum suspenso, vel irregulari,
reddi posse invalidam ex parte poni-
tentis, si sciat illum illicite tali munere
fungi, & nihilominus accedit: quia po-
nit obicem, iuxta ea, quæ dicimus V.
Scandalum, à n. 12. si vero accederet bona
fides, est valida, p. 4. 11. 2. ref. 68. in
fine.

C O N F E S S A R I V S .

Quoad iurisdictionem.

Secundo in
Confessario

4 Secundum Confessarii requisitum requiritur
Est iurisdictio in foro saltem in iurisdictio-
teriori: siue talis iurisdictio sit ordina- **Quatri-**
ria, qualis est in Episcopo, Parochio, &c. plex est.
Siue delegata expressè, vel tacite; siue sit Ordina-
jure concessa virtute Bullæ, Jubilæi &c. ria.
¶ Sed

5 Adverte primò, quod ad hoc, ut **Delegata.**
Sacerdos validè, ac etiam licet Con-
fessiones